

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Vicium c  
cum fonte primo

Quid, oro te, inuido delectacionis  
prestat inuidia?

Quid, oro te, inuido delectacionis  
praestat inuidia; quem secretis  
quibusdam conscientiae unguis livor  
ipse decerpit, et alienam felicitatem  
tormentum ejus facit?

Quid alter ab odio mercedis accipit?

Quid vero alter ab odio mercedis accipit,  
nisi horribiles animae tenebras, et  
confusae mentis horrorem, qui vultu  
semper animoque moerente, voto quo  
alteri vult nocere, seipsum cruciat?

Quid iracundo furor suus confert?

Quid autem iracundo furor suus confert,  
quem saevissimis exagitatum stimulis  
conscientiae ita ab omni consilio ac  
mente deturbat, ut, dum irascitur,  
insanire credatur?

Similiter curre per singula et inuenies tot  
anime tormenta quot uicia que utique  
eo facilius uinci possunt, quo  
nulla nos illiciunt uoluptate.

Similiter curre per singula, inuenies tot  
animae tormenta, quot vitia: quae utique  
eo facilius uinci possunt, quo  
nulla illiciunt nos voluptate.

Ieronymus ibidem (ad Demetriadem  
uirginem).

Pelagius, *Epistola ad Demetriadem*, 18  
(PL 33, col.1111).